



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1709. usque ad annum 1714

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1782**

**VD18 90119266**

§. 75. Pontificis responsum ad Rupellensis & Lucionensis Episcoporum  
literas.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67615](#)

Sæc. XVII. „hac ejusdem Principis scriptione tech.  
A. C. 1711. „næ omnes fraudesque iniqua loquen-  
„tium, quacunque prorsus caligine de-  
„pulsa, detectæ fuerint, eritque pro-  
„fecto hoc eximiae illius pietatis & glo-  
„riæ perpetuum monumentum ære  
„perennius &c. Hac Pontificis epistola  
luculenter confunduntur Quesnellista-  
rum commenta contra hanc Delphini  
declarationem excogitata, de quibus  
infra.

## §. LXXV.

*Pontificis responsum ad Rupellensis  
& Lucionensis Episcoporum  
epistolam.*

*Epist. Clem.* Jam die prima Januarii ambo Episcopi  
XI. p. 1554. Rupellensis & Lucionensis suam In-  
structionem Pastoralem ad summum  
Pontificem unacum literis tranmisere,  
eamque Sedis Apostolicæ judicio sub-  
jecerunt: tardius vero eorum literæ  
ad Papam pervenerunt, quo circa Pon-  
tifex primum die quinta Julii respon-  
sum dedit, eorumque sollicitudinem in  
extirpandis Jansenianæ hæresis venenatis  
germinibus, Zelumque in insectanda am-  
plius, reprobandaque perversa & plane  
exitiali Novi Testamenti per insignem te-  
meritatem corrupti, subdolisque obserua-  
tionibus depravata editione plurimum com-  
menda-

mendavit. Quod antiquæ, prosequeba- Sæc. XVIII.  
 tur Pontifex, traditionis præcepta ser- A. C. 1711.  
 vantes & Ecclesiasticæ memores disciplinæ  
 documentum pastorale vestrum nobis obtule-  
 ritis, apostolico illud iudicio subjicientes,  
 id porro rite, & ex ordine factum juxta  
 instituta Majorum probe cognoscimus,  
 piumque vestrum & vere Catholicis Epi-  
 scopis dignum erga supremam hanc beati  
 Petri cathedram, ubi depositum fidei incor-  
 rupte servatur, obsequium apprime lauda-  
 mus; vere enim juxta Divinum monitum  
 ascendistis ad locum, quem elegit Dominus,  
 & Ecclesiarum omnium matrem, atque ma-  
 gistram consuluistis, ubi beatus Petrus Apo-  
 stolus, qui adhuc in propria sede vivit, &  
 præsidet, præstat quærentibus fidei verita-  
 tem: vobisque, Venerabiles Fratres, Apo-  
 stolicam benedictionem peramanter imper-  
 timur.

Postquam vero ambo Episcopi anno  
 sequenti die trigesima Junii contra Car-  
 dinalis Noaillii edictum questi, jus sibi  
 a Papa dici petierant: Hic die vigesi-  
 ma tertia Julii eis rescripsit, quod pen-  
 satis etiam, quæ præfati Cardinalis  
 nomine exposita fuere, quod justum  
 fuerit, decreturus sit.

Hist. Eccles. Tom. LXVIII. X §.LXXVI.